



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Simeon Stylites Junior. 24. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

lumina è cælo, & stellam adfuisse. Ex Ferrar.

Confirmata amicitiam cum SS. Angelis; intra in civitatem Dei: Apostolis Martyribusq; sociare; unde illi gaudent, inde gaudeto. Horum divitias concupiscito, & per bonam emulationem illorum suffragia ambito: cum quibus enim fuerit consortium devotionis, erit & communio dignitatis. S. Leo serm. 5. de Epiph.

S. SIMEON STYLITES JUNIOR. 24.Maii.

Hominem cælestem, an terrestrem Angelum SIMEONEM malis dicere, tantò magis dubitabis, quantò rectius noveris. Voti parentum concessus futuræ sanctitatis vatem Christi antea mulonem Joannem habuit, cui ne quid in victus parsimoniâ concederet, jejunia in cunis inchoavit, lævo matris ubere, velut omnis causâ, semper abstinentis. Sexto ætatis anno ab hominum consortio in loca sola secessit, nunquam tamen solus, cælitibus easdem cum eo casas habitantibus. Ex quo tempore incommoda naturæ, vel non sensit, vel inusitatis fomentis sustentavit, nectare, vel quo-cunque nomine appellari lubet delicias divinitatis, pastus. Exacto in hunc modum sexennio in cœnobium immigravit, magnâ Religiosæ viræ commendatione, quam Angelorum contubernio eo facto videbatur antetulisse. Sed nimirum illic quoque Angelos reperit, haustamque eorum usus innocentiam magnis prodigiis affirmavit; ut, cum leopardum pro fele domestico circumduxit, aue cum ad ejus imperium leo puerum à comitibus desertum, tergo ad socios subvexit, quæ magistro SIMEONIS anam præbuere, eum ad perpetuam in columnis stationem invitandi. Paruit SIMEON, atque corpore juxta animoque supra terram eminen-

nens, ex communi illius ævi sensu columnæ sustentans orbem terrarum. Nos cùm hæreamus in luto, digito tamen paramus cælum contingere.

Ex Menais & Evagrio.

Qui non potest sanguinem fundere, potest semetipsum pœnitentia velo percutere, & in cordis contritione macerare. Præparetur, ad feriendum, jugulum, non deus remunerator, et si defuerit gladius. Deest carnifex, qui cervicem exterius feriat, adest judex, qui bone voluntatis premium reddat. S.Pet.Dam.serm.65.

S. ZENOBIUS EP. 25. Maii.

ZENOBII pueritiam, vivam honestatis imaginem dicas, in quâ neque Dei oculus quidquam reprehenderet: nullus ei unquam cachinus, nullum verbum insolens excidit; neque eam venustatem insequens ætas violavit, quin corroboravit verius, ut priscæ etiam sanctitatis Antistites Damasus, Ambrosius, Paulinusque ZENOBIVM suspicerent. Mirandorum ejus operum hoc iuventus specimen habeat. Florentiæ, quæ ZENOBII patria, & Pontificalis sedes fuit, fratres gemini è flore nobilitatis parentum indulgentiâ corrupti in proterviam, occalluerant ad sera matris imperii, non atrocia tantum dicta, sed calces etiam ingere bene monenti ausi; quâ impietate exasperata ultra maternum morem mulier, dirâ imprecationes furias in filiorum caput incitavit. Valuere vota: generes illi exemplò infernis obsideri larvis, & impias manus à matre in se se vertere, laniare ora mordicus, & canino invicem duello grassari. Factas spectaculi parentis iram misericordiâ mutavit, lamentantis tantum precibus fuisse pondus nulla erat nisi in ZENOBII pietate spes, qui horas

duas